

surer plus d'impartialité aux bourgeois. Le bailli se transporta aussitôt à Charlieu, où il convoqua comme conseil l'abbé de

super hoc servarent indempnem ; quibus acquievit prior, quia alias non poterant plegiare..... Cum per arbitrium condemnati fuissent ad certam penam, ipsi penam solvere noluerunt. Super quo conventus prior ab arbitris, tanquam fidejussor, et alii fidejussores quos pro eis dederat dictus prior, multa dampna sustinuerunt, ad extimationem mille librarum et amplius, pro eo quod dicti burgenses noluerunt ipsos liberare a dictis fidejussoribus. Conventi autem a priore super hoc in curia sua, noluerunt ei jus facere coram eo, nec eum liberare, maxime cum sentenciando pronunciatum fuerit quod eum deberent servare indempnem.

2. *Item. Conquestus fuit prior domino abbati Cluniacensi quod dicti burgenses nolebant ei jus facere, qui plures citati ab ipso abbate, renuerunt jus facere coram eo ; quare, cum inhibuisset eis abbas ne exirent septa seu clausuras domus, ipsi, contempnentes ejus inhibitionem et auctoritatem, exierunt.*

3. *Item. Presente abbate, appellaverunt sine gravamine et causa.*

4. [*Item.*] Dormientibus monachis, in nocte, venerunt cum armis autem portas claustrum, et fossata et alias municiones fecerunt circa claustrum, ut nullus inde posset exire, et traxerunt ad monachos sagittas et carrellos et ad famulos monachorum.

5. *Item. Grangiam monachorum et domos servientum ipsorum fregerunt, et bladum qui erat in grangia absportaverunt, et super ipsam grangiam municiones fecerunt contra claustrum.*

6. *Item. Fecerunt declamari dominium monachorum per villam, et ne quis aliquid faceret per monachos vel per priorem, set per burgenses.*

7. *Item. Dum facerent fossata ante claustrum, quidam ex eis, revolutis vestibus, ostendebant monachis pudibunda, et fecerunt venire mulieres ad similia facienda.*

8. *Item. Fecerunt conspirationem et commune juramentum in prejudicium ecclesie et gravamen.*

9. *Item. Claves portarum ville, quas prior vel ejus mandatum consuevit habere et servare, diu tenuerunt violenter, contra voluntatem prioris.*

10. *Item. Fecerunt falsas claves in aliquibus de portis dum claves dictarum portarum haberemus.*

11. *Item. Levaverunt unum trebuchetum et unum mangonellum contra ecclesiam.*

12. *Item. Dum contra domum et monachos fecissent dicta fossata, et*